

Inuen. sec.
12.

*I nunc, & ventis animam committe, dolato
Confusus ligno, digitis à morte remotus
Quatuor, aut septem, si sit latissima Teda.*

Quapropter incertam istiusmodi *Arborem* paulo prius cognominarat idem Poeta, non tantum quia incertis feratur undis, quam quia ad lucrum incertum homines exponat.

id. ibid.

*Alternum puppis latus evertentibus undis
ARBORIS INCERTÆ, nullam prudentia
cani -- Rectoris conferret opem.*

Arbor re-
mus.

Aliàs ut magnitudinem navis ostenderet, elegantè metaphora pro remo Virgilius *Arborem* posuit ubi cecinit:

*It gravis Auletes, centenàq; ARBORE fluctis
Verberat assurgens.*

Aen. 10.

Quin & eadem voce usus est, ubi Vites dispositas, & ordinatas, ut Festus interpretatur, intellexit.

--- Nec secius omnis in unguem

d. 2. Georg.
Arbor pro
Vite.

ARBORIBUS positis, secto via limite quadres.

In Politica significatione ARBORIS nomen importat Familiarum Genealogiam sub Arboris icone graphicè delineatam, cuius rei exempla sæpissimè observamus in aulis nobilium appensa.

Arbor pro
familla.

In ejusce rei descriptionem, atque ut *unum pro cunctis fama loquatur opus*, Apollineum hoc monumentum per vetustæ Bombaciorum Bononiensium Arboris adducam.

In Poesi Ita-
lica Gasp.
Bombacij
de laudib.
Ruris.

*Tavola appesa io veggio à queste mura,
Ove un' ARBORE antica i Rami spande,
Scarfa di frutti sì, non di verzura,
Souracui s' innalzar l' aurate Ghiande.
Ella figlia non già d' Agricoltura
Fia che Fogli per Foglie all' aura mande.
L' ordine certo è in lei di Nuore, ed' Avi;
Van l' Api Aonie à fabricarui i favi.*

Præterquamquod Familiarum progressum *Arbor* significaret, quam plures pariter inter eadem cognominare potuit. Istius census apud nos

Arborea
vel Albaria
familia Bo-
nom. 2

Bononienses fuit antiquissima de *Albaris*, aut satius de *Arboribus* Familia, quæ sui cognominis vestigium reliquis in Ecclesia S. Nicolai de *Arbo-*

Albera Ge-
nuen.

bus in medio ferè civitatis. Item Familia de *Albe-*

Spinul. L. 1.
Poem. 2. &
lib. 2. Od. 4.

ris Genuensis, ex qua fuit Joseph *Albera* Gallici

Blond. hist.
ital.

Regis olim Legatus, ad quem Poematia quam plurima Publii Francisci Spinusæ directæ; Nec non de *Albaris* Cænenas, & aliæ multæ, quæ apud

Arbona
Vrbs.

Historiographos legi possunt. Nec familiæ tantum, sed & populi, & Urbes mutuatum ab *Arbo-*

Æg. Tschu.
in descr.
Rhet. Alp.

re denominationem voluerunt. In exemplo venit *ARBONA*, quasi *Arbor bona*, aliàs *Arbor*

p. 19.
Francicor.
lib. 3. pag.
16.

Felix, Oppidum à Romanis conditum Danubium versus in Helvetiorum finibus ad Brigantinum lacum, Germanicis tribus milliariis ab Urbe

Constantia disitum. Id nominis huic Civitati remansisse credam ab *ARBORICHS* Populis, qui totam illam tenuere stationem, quæ Galliæ ad

Occidentem contermina citrà Rhenum, Thungros, Advaticos, Taxandros, Ambivaritos, & Eburones includebat. Imò eosdem quoque fuisse credam, quos *ARBORITOS* Geographi nuncuparunt. Ipsorum verò primos nomen ab arte traxisse credere par est. Nam antiquissimi nationis ejusdem erant Agrorum, & per consequens *Arborum* quoque cultores, quibus Romani eà conditione loca illa inhabitanda concesserunt, ut & agros colerent, & adversus Transithenanos tuerentur. Aliam non prorsus contemnendam nominis *Arborichorum*, quos ubertim describit, originem tradit Goropius, ad patriam tamen linguam recurrens. *Ab Arfigitur*, quod pro *Erf*

sumptum hæreditatem denotat, & *Bor*, voce contracta à *Bauwer*, unde Agricola, ac *Rieb*, quo Regnum apud Germanos suos denotatur, nuncupatos autumat, quasi *hæreditarium agrorum regnum* dicendæ forent regiones illæ, quarum colendarum jus à Romanis acceperant, ad posteros hæreditate perpetua transiturum. Est pariter Urbs quædam Sardinia, in ora occidentali distans à Calari metropoli milliariibus octuaginta, *Oristagni* vulgò, & latinis *ARBOREA* nuncupata. Sequanorum similiter Urbs *ARBOROSA*, in Burgundiæ Comitatu, inter Salinas, & Polyniam proximas Urbes, *ARBOIS* vulgò *Arboris* nomen pro suo denominante cognoscit. *Daulis*, alias *Daulia* Phocensium Civitas ab *Arborum* densitate *Δαυλις* dicta fuit, quia locus illius natalis densissimis antea consitus erat *Arboribus*. Pari de causa nomen accepit *Madera* celebris Atlantici Oceani Insula à Lusitanis reperta, in qua Saccharum illud colligitur, quod in

Arborosa
Civ.

Marcelli,
Ann.

Madera
Hisp. est
materia.

Officinis di *Madera* nuncupatur; hæc enim vox *Madera* Lusitanica lingua, & Hispanica nil aliud quam *Arborem*, vel *lignum*, seu materiam arboream denotat. Detexerunt hanc Insulam Joannes Consalyus, & Tristamus Vaez, eamque Lusitanorum Rege inhabitare cupiente, opus fuit nimiam *Arborum* copiam omnia penè loca occupantem igne tollere, cujus flamma ita vehementer exarsit pertotam Insulam, ut qui ad eam habitaturi concesserant, in mare se recipere coacti sint, ibique per nonnullos dies impasti furorem ignis evitare; sic brevissimo temporis intervallo depasta est flamma quod natura, omnium parens multis annis præparaverat, & longa quoque persecula conservasset. *Arboris* diminutivum est *Ar-*

buscula, & hoc quoque suis non caret æquivocis; præter enim pusillam *Arborem*, quam Græci *ἀνδρόμερον* vocant, significat etiam machinulam quandam, quæ *ἀμαξήπους* Polluci, & *ἀμαξόπους* Vitruvio dicitur, quasi *plaustris pes*, & est illa, in qua versantur rotarum axes conclusi laminis ferreis. Invenitur etiam *ARBUSCULA* nomen proprium mimæ cujusdam mulieris à vulgò explosæ, de qua Hortatius.

*--- Nam satis est equitem mihi plaudere, ut audax
Contemptis aliis explosa ARBUSCULA dixit.*

Cæterum denominatorum ab *Arbore* directè sumpta succedunt *Arboreus*, quod nemine dubitante significat quicquid ad *Arborem* spectat, vel quicquid *Arboris* est. Observandum tamen est eleganter identidem hoc ad alia transferrè. Sic *Arborea* ceruorum cornua cognominabat Virgilius, eo quia tanquam *arborefcere*, hoc est in arborem excrescere videantur, dum ramos *arboris* instar emittunt. *Arboreum* item Ebenum, pro Ebena *Arbore* dixit Plinius. Inde cognominatus est Jo. *Arboreus* Laudunen. Theologus Parisien. qui Theologica multa, necnon & Philosophica eruditè conscripsit. *Arborius* quoque dictus est Emil. Magn. Burdigal. Rhetor, & avunculus Ausonii Poetæ *Arboreos* item fructus cognominamus, quos *Arbores* tantum ferunt, quosvè Græci *ἄρβοριος* vocant, non sine æquivocatione cum manuum junctura, quam eadem voce comprehendunt; inde nomen traxit *Carpense* castrum prænobile Mutinensis ditionis, & cognomen Jac. *Carpus* Chirurgiæ quondam Bononiæ Professor, qui scripsit Itagogen in humani corporis anatomen, quæ impressa est *Argentina* per Henricum Sybold cum figuris.

Arbuscula
arbor par-
vula.

Vitr. l. 10.
c. 17.

Arbuscula
mulier.
Serm. lib. 1.
sat. ult.

Arborea
derivata.
En. l. 1.
Pl. l. 12.

Auson in
Parent. 3. 4.
& in Pro-
fess. 16.

Quia